

DE HOMINIS IUSTIFICATIONE CORAM

DEO CONCLUSIONES THEOLOGICAE EX CANONIBVS CONCILII

Tridentini, quae publicè in schola Theologorum disputabuntur 7. Calen. Iun. hora septima matutina, deinde prima pomeridiana continuabuntur, praeside R. P. Ioanne Cuuillonio S. S. Theologiae Doctore, & Professore ordinario, defensore egregio liberalium artium M. Rodolpho Glencken.

QUESTIO THEOLOGICA.

CUM HIS TEMPORIBVS TANTA SIT SUPER HOMINIS IUSTIFI-

catione controuersia, neq; hac fluctuante questione summopere cognita necessaria, possint homines suae salutis recte consulere, merito quaeritur utrum iustificetur homo per gratiam gratum facientem, ut Theologi uocant, et per charitatem infusam, an per solam imputationem?

Homo suis operibus quae per humanae naturae uires, uel per legis doctrinam fiunt, absque diuina per Iesum Christum gratia, iustificari haud quaquam coram Deo potest.

2 Neque ad hoc solum diuina gratia per Iesum Christum datur, ut facilius homo iuste uiuat, ac uitam aeternam promereatur, quasi per liberum arbitrium quemadmodum Pelagius sensit, sine gratia utrunque, sed aegre tamen ac difficulter possit.

3 Sine praeuiente spiritus sancti inspiratione, atque eius adiutorio homo credere, sperare, diligere, et poenitere nequit, sicut oportet ut ei iustificationis gratia conferatur.

4 Liberum arbitrium hominis a Deo motum atque excitatum cooperatur assentiendo, Deo excitati atque uocati, quod ad obtinendam iustificationis gratiam se disponat ac praeparet, & postest dissentire si uult: neque est uelut inanime quoddam nihil omnino agens, mereque passiuè se habens.

5 Liberum hominis arbitrium post Adae peccatum neque extinctum est, nec amissum, neque res de solo titulo, aut titulus sine re, figmentum denique a Sathana introductum in ecclesiam.

6 Est in hominis potestate uias suas malas facere, malaque opera deus non operatur ita ut bona, sed proprie & per se illa facit liberum arbitrium, neque Deo imputanda quasi proprie ea faciat, qui duntaxat ea permittit.

7 Opera omnia quae ante iustificationem fiunt quacumque ratione facta sint uere esse peccata, uel odium Dei mereri, et quanto uehementius quis nititur se disponere ad gratiam, tanto grauius peccare perperam dicitur.

8 Gehennae metus per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, uel a peccato abstinemus, neque peccatum est, neque peccatores peiores facit.

9 Sola fides non iustificat impium, ita ut nihil aliud requiratur quod ad iustificationis gratiam consequendam cooperetur, & necesse non sit eum suae uoluntatis motu praeparari atque disponi.

10 Non sine Christi iustitia qua nobis meruit iustificamur, neque ea ipsa formaliter iusti sumus.

11 Non iustificamur uel sola imputatione iustitiae Christi, uel sola peccatorum remissione exclusa gratia & charitate, quae in cordibus nostris per spiritum sanctum diffunditur atque inhaeret, neque gratia qua iustificamur est tantum fauor Dei.

12 Fides iustificans aliud est quam fiducia diuinae misericordiae, neque per eam ipsam fiduciam diuinae misericordiae peccata remittentis propter Christum nos iustificamur, neque ea fiducia sola est qua iustificamur.

13 Non est necessaria homini ad remissionem peccatorum assequendam credulitas qua sibi certo persuadeat, & absque ulla haesitatione propria infirmitatis & indispositionis peccata sibi esse remissa.

14 Non absoluitur homo a peccatis, aut iustificatur ex eo, quod se absolutum aut iustificatum certo credat, neque uerum est neminem iustificari nisi qui credat se iustificatum, & hac sola fide absolutionem & iustificationem perfici.

15 Non tenetur homo renatus & iustificatus ex fide ad credendum se esse certo ex numero praedestinatorum.

16 Magnum illud usque in finem perseverantiae donum nemo se certo habiturum absoluta, & infallibili certitudine credere debet, nisi hoc ex speciali reuelatione didicerit.

17 Iustificationis gratia etiam multis non praedestinati ad uitam contingit, qui uocantur & gratiam accipiunt, neque uerum est eos qui non sunt praedestinati uocari quidem, sed gratiam non accipere, utpote diuina potestate praedestinos ad malum.

18 Praecepta Dei homini etiam iustificato & sub gratia constituto, ad obseruandum impossibilia esse, grauis est contra Deum blasphemia.

19 Non est uerum nihil praecipuum esse in Euangelio praeter fidem, caetera indifferentia nec peccata, neque prohibita, sed libera, & decem praecepta nihil ad Christianos pertinere.

20 Non est uerum hominem iustificatum & quantumlibet perfectum non teneri ad obseruantiam mandatorum Dei & ecclesiae, sed tantum ad credendum, quasi uerò Euangelium sit solummodo nuda promissio absque conditione obseruationis mandatorum.

21 Non est Christus Iesus a Deo hominibus tantum ut redemptor datus cui fidamus, sed etiam ut legislator cui obediamus.

22 Homo semel iustificatus & peccare potest, & gratiam amittere, neque uerum est eum qui labitur, & peccat nunquam fuisse iustificatum, neque uerum contra, posse in tota uita hominem omnia etiam uenialia peccata uitare, nisi ex speciali Dei priuilegio, quemadmodum de beata uirgine tenet ecclesia.

23 Iustificatus sine speciali auxilio Dei in iustitia perseverare non potest, & cum eo potest.

24 Iustitia accepta conseruatur atque etiam augetur coram Deo per bona opera, quae non sunt fructus solummodo iustificationis adeptae & signa.

25 Non peccat iustus in quolibet bono opere uenialiter, aut quod intolerabilius est mortaliter, neque est uerum ideo aeternas poenas mereri, tantumque ob id non damnari, quia Deus ea operam non imputat ad damnationem.

26 Iustus debet pro bonis operibus, quae in Deo fuerint facta expectare, & sperare aeternam retributionem a Deo, per eius misericordiam & Iesu Christi meritum, si bene agendo & diuina mandata custodiendo usque ad finem perseverauerit.

27 Non est solum peccatum mortale infidelitas, ut nullo alio peccato quantumuis graui ac enormi, semel accepta gratia amittatur.

28 Non amittitur semper fides amissa gratia per peccatum, & fides quae remanet est uera fides, licet non uiua, & qui fidem sine charitate habet est uerus Christianus.

29 Is qui post baptismum lapsus est potest per Dei gratiam resurgere, neque sola fide amissam iustitiam recuperat, prout sancta Romana uniuersalis ecclesia a Christo domino, & eius apostolis edocta, hucusque professsa est, seruaui, et docuit.

30 Non ita post acceptam iustificationis gratiam cuiuslibet peccatori culpa remittitur, & reatus aeternae poenae deletur, ut nullus remaneat reatus poenae temporalis exoluendae, uel in hoc seculo, uel futuro in purgatorio, antequam ad regna coelorum aditus patere possit.

31 Iustificatus non peccat dum intuitu aeternae mercedis operatur.

32 Hominis iustificati opera non ita sunt dona Dei, ut non sint etiam bona ipsius iustificati merita, neque ipse iustificatus bonis operibus, quae ab eo per Dei gratiam, & Iesu Christi meritum, cuius uisuum membrum est, fiunt, non uere meretur augmentum gratiae uitae aeternae, & ipsius uitae aeternae, si tamen in gratia decesserit, consecutionem atque etiam gloriae augmentum.

33 Per hanc doctrinam sacri Oecumenici concilii quam defendendam suscepimus nulla gloriae Dei, uel meritis Iesu Christi domini nostri iniuria fit, quinimmo ueritas fidei nostrae, Dei denique & Iesu Christi gloria statuitur.

Ingolstadt, Anno a Christi natalibus M. D. LIX.

i. s. 59.

DE HOMINIS VITAE ET MORUM

DE VITIIS ET MORIBUS

f. 155g

1. Primum est vitium inordinatae appetitus...

1. Primum est vitium inordinatae appetitus...

2. Secundum est vitium inordinatae voluntatis...

2. Secundum est vitium inordinatae voluntatis...

3. Tertium est vitium inordinatae rationis...

3. Tertium est vitium inordinatae rationis...

4. Quartum est vitium inordinatae memoriae...

4. Quartum est vitium inordinatae memoriae...

5. Quintum est vitium inordinatae imaginis...

5. Quintum est vitium inordinatae imaginis...

6. Sextum est vitium inordinatae sensus...

6. Sextum est vitium inordinatae sensus...

7. Septimum est vitium inordinatae motus...

7. Septimum est vitium inordinatae motus...

8. Octavum est vitium inordinatae habitus...

8. Octavum est vitium inordinatae habitus...

9. Nonum est vitium inordinatae virtutis...

9. Nonum est vitium inordinatae virtutis...

10. Decimum est vitium inordinatae sapientiae...

10. Decimum est vitium inordinatae sapientiae...